



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

III. De libelli oblatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

De Libelli oblatione.

TIT. III.

Constituto Judice competente, consequens est videre, quo ordine apud eum agi debeat. Ubi primo offertur Judici libellus, cujus copiam dari sibi petit Reus.

I. *Quid est libellus?*

Libellus nihil est aliud, quam scriptura continens intentionem Actoris, petitionem scilicet & causam petendi, præterea nomen Judicis, coram quo petitur, nomen Actoris & nomen Rei, prout insinuat hic versiculus:

*Quis, quid, coram quo, quo jure petatur,
& a quo?*

2. *Quæ sunt igitur partes præcipuæ Libelli?*

Hæ duæ, petitio Actoris, & causa petendi, ut scilicet. clare & dilucide exponatur, quid, & ex qua causa petatur, sive res sit mobilis, sive immobilis, quæ petitur, sive in rem, sive in personam agatur.

3. *Estne hic differentia aliqua inter actionem in rem & in personam?*

Est utique: nam si agatur in rem actione sive reali, sufficit exprimere in libello causam proximam petendi, id est, domi-

dominium, vel quasi; non etiam
tam, ex qua scil. caussa fundus v. g.
titoris, an exempto, ex donato,
&c. Quando vero agitur actione
sonam, non sufficit exprimere ca
petendi proximam, id est, obligatio
nisi & remota exprimatur, ut quia
v. g. mihi Actori obligatus est ex
&c. Alias enim nimis obscurus
bellus.

4. *Cur potius in actione personali erit
rus, quam in reali?*

*S. sed si
rem Inst.
De legat.
§ l. 14. §. 2.
D. De ex-
cept. rei
jud.*

Quia cum dominium rei peti
strum esse non possit, nisi ex un
caussa, is qui simpliciter agit reali
nulla caussa remota expressa in
unam illam caussam, videl. domi
in iudicium deduxisse. At vero in
ne personali libellus obscurus est,
iam caussa remota exprimatur, qu
& eadem res nobis ex pluribus caus
beri potest, puta ex caussa empti
& ex donato forte ab alio, unde Res
set non sufficienter certior fieri, ut
dere, an contendere debeat.

De mutuis petitionibus.

TIT. IV.

Contingit subinde Reum iudicio
ventum petere vicissim sibi ab